

Forfatter: Worm, Jacob

Titel: Udrag fra . - [1968]

Citation: Worm, Jacob: ". - [1968]", i Worm, Jacob: . - [1968], udg. af ERIK SØNDERHOLM , [1968]-1994, s. 218. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-worm01val-shoot-idm140677732568528/facsimile.pdf> (tilgået 03. maj 2024)

Anvendt udgave: . - [1968]

COROLLARIA.

I.

- 564 Imperium nostrum Patrium, seu Suecicum inter reliqua
Christiani Orbis Regna excellit, ceu inter ignes Luna
minores ob 4 Regii Throni Fulcra: 1 Candidam Pietatem.
567 2. Invictam Fortitudinem. 3. Solidam Prudentiam pacis
bellique tempore monstratam. 4. Intemeratam in Subditos
probitatem, Ministrorumque Regionum Civilium pariter ac
570 militarium fidem, innocentiam, candorem, fortitudinem ac
prudentiam.

II.

- 573 Optime Regnum administratur, ubi Princeps fuerit Bonus
Theologus, Practicus, saltem Catecheticus, similiter et in-
signis Politicus et Juridicus Practicus, necnon castus et
576 laudabilis Oeconomus, seu Paterfamilias Practicus.

III.

- Indigenas atque ingenuos Patriæ Cives sive Nobiles, sive
579 Ignobiles, sicuti dignos et bene meritos se præstiterint,
exteris et adventitiis semper præferat Princeps. Exoticis
autem Agyptis ne locum quidem in Patria concedat, neve
582 Regni Honores, Privilegia, Munia, Opes, Arces, Dignitates,
aut Amorem Regium ipsis attribui permittat.

IV.

- 585 Tempore Pacis masticam Rusticorum Prolem arma gestare
et tractare, signa sequi, ordines servare, in cornua discurre-
re, prudens docebit Princeps, eo autem animo, si prohi-
588 buerit plebem sclopos usurpare (quod nos Sueci non sole-
mus) ne lepores et feras, delitiis ac gulæ Magnatum inservitu-
ras devastent ac abigant, quid aliud est, quam corda futuro-
rum militum in leporina transformare? quo enim plures inter
591 venandum in Regno tuo obvios habueris lepores, eò in